



INTRODVCTIO

Ad

SEQUENTEM DE

Regno Portugalliæ Com-  
mentarium.

**D**E P I D O com-  
mento prodidit  
Author Italus in  
Lydio lapide, se-  
mel quotannis in Parnasso,  
coram Apolline, Regum,  
Principum atque Rerum  
pub. hujus Christiani orbis,  
potentiam in lancibus ex-  
pendi. Id quum principio  
hujus anni quadragesimi  
primi supra millesimum sex-

\*.

2.

cen-



DESCRIP TIO  
REGNI  
PORTUGALLIÆ  
GEOGRAPHICA.

*Generalis è L. Andreae Resendii  
Antiquitatibus Lusitanicis.*



NON videbimur à  
scopo digredi, si no-  
stri quoque ævi Lu-  
sitaniæ terminos ex-  
ponamus. Quan-  
quam hi magis Regni totius,  
quam ubius Lusitaniæ dicendi  
sunt. Protenditur enim regnum  
ultra Durium à Septentrione,  
Callaicos continens Bracaros, non  
modo eos, qui intra Durium Mi-  
niumque, montesque Iureffum

A

atque

PARTICVLARIS  
 PORTUGALLIÆ  
 DESCRIPTIO.

Ex

*Descriptione Regni Portugallia Duarte  
 Nannez de Leanno.*

**R**egnum Portugallia di-  
 viditur in sex regiones  
 five provincias : Prima  
 continetur inter Du-  
 rium & Minium ; secunda est  
 Transmontana ; tertia Beira ; quar-  
 ta intra Tagum & Guadianam ;  
 quinta Estremadura, cujus metro-  
 polis est Olyssippo ; sexta est Al-  
 garba. In hisce sex provinciis sunt  
 octodecim civitates, quarum tres  
 sunt Archiepiscopatus grandes &  
 opulenti, nimirum Bracara, vulgo  
 Braga, Olyssippo & Eboræ. Et un-  
 decim Episcopatus. Numerus op-  
 pidorum è districtibus apparebit.  
 Pagorum, quos vocant *Aldeas*, in-  
 gens

## IV.

## PORTUGALLORUM

*Ingenia & mores.*

**R**egnum hoc Portugallia reliquis Hispaniae regnis populi multitudine & incolarum atque advenarum frequentia multum praestat singulis; & ausim dicere pene tribus quatuorve aliis junctis. Id ex agrorum cultura, & maximis decimis, ex coloniis quas in varias mundi partes sine sui diminutione emisit, facile colligi potest. Advenas autem alliciunt opulentissima commercia & portuum opportunitas & securitas. Ita ut extra dubium sit Regnum hoc longe populosissimum esse. De gentis moribus difficile judicare, quum obnoxii aut ipsi se nimium forte laudent, infesti aut ignari varie culpent. Laude bellica superioribus annis quum suis Regibus

## XIV.

DE ACADEMIIS ET  
Scriptoribus Lusitanis.

Ex

HISPANIÆ BIBLIOTHECA, &amp;c.

**C**ONIMBRICENSIS  
Academia in Lusitania  
à Joanne III Rege Por-  
tugalliæ excitata, evo-  
catis è Gallia Doctoribus, (ut Co-  
lonia esse videatur Lutetiæ & Bur-  
digalæ,) opera Andreæ Goveani  
Lusitani Theologi, Nicolao  
Grubio Philosopho, Georgio &  
Patricio Buchananis Scotis. De  
qua Jacobus Payva Andradius ad  
Sebastianum Regem: *Conimbric-  
ensis & loci natura amœnissima  
& omni genere litterarũ clarissima  
Academia est, in qua ipse ab ineun-  
te ætate litterarum studiis incubui.*